



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprtrice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput VI. Alia beneficia sunt conferenda digniori, alia saltem digno.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

alteri negotio se immisceant, nisi
urgens necessitas, ob quam Eccle-
sia ab imminente gravi periculo
defendenda foret, aliud exigeret.

Laicis & secularibus ne quidem per
ullam consuetudinem aut præscri-
ptionem absque peculiari privile-
gio vel sufficienti præscriptione fa-
ctæ commissionis aut dati privile-
gii, jus conferendi beneficia com-
petere potest. Sunt enim incapaces
potestatis spiritualis, qui autem est
incapax possidendi jus spirituale
sive Ecclesiasticum, etiam est inca-
pax præscribendi. Quia sine posses-
sione præscriptio non procedit.

Reg. 3. Vid. Laym. lib. 3. tr. 1. c. 8.
in 6.

An laicis
possit com-
petere jus
conferendi
beneficia.

CAPUT IV.

*Alia beneficia sunt conferenda di-
gniori, alia saltem digno.*

EX parte subjecti sive recipien-
tis beneficium, quædam sunt
necessariò conferenda digniori,
quædam saltem digno. Pro qua di-
visione plenius intelligenda, no-

C 5 tandum

Assignantur tantum est, in promovendis ad beneficia requiri sequentia. Primo, ut sint nati legitimo toro, aut certe à summo Pontifice, aliòve habente potestatem ad hoc, legitimati, vel dispensati, *c. 1. de filiis Presbyter. in 6.* Habet autem hodieum praxis Curiae Romanae, teste *Garcia, p. 7. c. 4.* ut cum illegitimis dispensetur ad quævis beneficia, præter dignitates & canonicatus in Cathedralibus & principalem in Collegiata dignitatem. Neque hoc ipso, quod quis dispensatus est ad beneficia simpliciter, censetur dispensatus ad curata, utpote quæ majorem habilitatem requirunt. *Laym. lib. 4. tr. 2. c. 14.* statuit adhuc *Trid. Sess. 25. de reform.* ad arcendam turpem memoriam paternæ incontinentiæ à locis Deo sacratis: ne filii Clericorum, qui ex legitimo toro nati non sunt (quod etiam intellige de eorundem filiis

An filii illegitimi possint habere beneficium &c. in ea Ecclesia, in qua patres beneficium habent, aut habuerunt, ante Clericatum ex fornicatione natis, prout docet *Garcias p. 7. c. 3. ex declarat. Cardin.* in Ecclesiis, ubi eorum Patres beneficium habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere, vel in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare (subintellige ex officio

officio & ob stipendium) aut pensiones ex fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere possint. Interim legitimi Clericorum filii non prohibentur cum patre in eadem Ecclesia beneficium aliquod obtinere. *Cad hoc de filiis Presbyter.*

Quamvis patri in eodem beneficio immediatè succedere non debeant, *C. constitutus, c. extranmissa.* ne in beneficiis hæreditaria successio sacris Canonibus semper odiosa, & patrum decretis contraria locum sortiatur. Nullo autem jure patri prohibitum est filio suo legitimo vel illegitimo mediatè vel immediatè in beneficio succedere; quamvis nequeat in Ecclesia, in qua filius ejus illegitimus, de facto beneficium obtinet, beneficiatus esse, cum hoc juxta mentem *Trid. l. c.* non parùm videatur repugnare puritati & sanctitati Ecclesiæ Dei. *V. Garc. p. 7. c. 3. 3. n. 30.*

Secundò ut habeant competentem ætatem, quæ jure antiquo pro simplicibus beneficiis erat septennium completum, jure autem novo *Trid. Sess. 23. c. 6. de reform.* Sunt anni 14. inchoati, nisi fortè in fundatione beneficii aliter cautum sit, nam

An filii legitimi patri immediatè in eodem beneficio succedere possint.

Quid si pater succedat filio in beneficio.

2. Debet habere competentem ætatem à jure requisitam. Assignantur anni à jure huic statuti.

huic standum erit. Prout docet *Sa. verb. benefic. ex declaratione Cardinalium*. Ad Canonicatum Ecclesie Cathedralis *juxta Trid. Sess. 24. c. 12.* requiritur ætas necessaria ad sacrum Ordinem Canonicatui annexum, qui ex decreto ejusdem Concilii saltem Subdiaconatus esse debet; verum hoc non videtur ubique esse receptum, cum in plerisque Germaniæ Ecclesiis tam Collegiatis, quam Cathedralibus, dictus Ordo non requiratur; nisi ad hoc, ut sint capaces vocis activæ in Capitulo, *Clem 2 de atat. & qualitat.* circa quæ rectè monet *Laym l. c. cap. 19.* attendenda esse specialia Ecclesie statuta, consuetudines & privilegia Ad dignitates & personatus curam non habentia anni 22. *Trid. l. c.* & quidè completi. *Less lib 2. c. 34. dub 20. cum communi,* ad curata 25. inchoati, *Trid. Sess. 24. c. 12* ad Episcopatum 30. completi, *Sess. 24. c. 2. De reformat.* In ætate à jure requisita non dispensat Episcopus, poterit in illa, quæ requiritur vi statuti Capitularis, quia Capitulo superior est. Collatio facta ante ætatem sine dispensatione invalida est, *c. 14. de elect. in 6.* Tertio ut sint Clerici, sive

An in his
possit dispē-
sare Episcopus,
& utrū
collatio sit
valida sine
dispensatione:
3. Ut sit
Clericus.

sive primâ tonsurâ insigniti, *c. cum aded, de rescriptis*, estque communis DD. sententia. Quod si beneficium aliquod certum Ordinem sacrum ex fundatione, consuetudine, &c. requirat v.g. Sacerdotium, Diaconatum, &c. (quæ etiam ab Ordine, quem exigunt Sacerdotalia, aut Diaconalia, dici solent) non est necesse illum Ordinem actu habere, sed sufficit, si beneficiatus intra annum, julto impedimento cessante, cum sibi comparet, *Cl. m. 2. de atat. & qualis*. Nisi fortè fundatio dicat: beneficium conferatur Sacerdoti, &c. aut caveat, ut nulli alteri conferatur, nisi, qui actu Sacerdos est, &c. *Videri potest Palanus tract. 13. di p. 1. p. 6. & alii*. Excipere Episcopum, qui actu Subdiaconus esse debet, *c. à multis, de atat. & qualitat.* Nec solet censei beneficium, sive Capellania Sacerdotalis, pro qua fundator solùm exigat certum Missarum numerum, aut ut beneficiatus toties sacrificet, nisi aliundè constet, voluisse fundatorem dictas Missas fieri per ipsum beneficiatum. *Sa. verb. benefici n. 28. Pal &c.* Adeoque poterit conferri cuicumque capaci beneficii simplicis, qui deinde Missas

Quid si beneficium certum ordinem requirat.

An censei debeat beneficium Sacerdotale cujus fundator solùm exigat certum numerum Missarum, aut ut beneficiatus toties sacrificet.

fas per Vicarium celebrari curet.
 Ad dignoscendum, quando bene-
 ficium ex fundatione dicitur Sa-
 cerdotale, utrum ille, qui nomi-
 natur ad ejusmodi beneficium, actu
 Sacerdos esse debeat, *Axor. p. 20*
lib. 7. c. 24. statuit hanc regulam:
 Si fundatio est Patroni laici, requi-
 ritur, ut sit Sacerdos, quo tempore
 à Patrono nominatur; at si fun-
 datio est vel statuto vel consuetu-
 dine facta ab aliquo Clerico, aut
 Ecclesia, sufficit, ut quando nomi-
 natur, aut eligitur, eum ætatis an-
 num habeat, ut spatium unius anni
 Sacerdos fieri possit. Quæ regula
 videtur, nisi prudenti præsumptio-
 ne, quâ præsumimus, fundatio-
 nem, quam Clericus aut Ecclesia
 fecit, esse factam conformiter *cir.*
Clem. 2. de atar. & qualis. cui præ-
 sumptioni non tam facile videtur
 esse locus in fundatione Patroni
 laici, utpote qui passim minus
 gnarus esse solet juris Canonici.
 Unde in hujus fundatione tō Sa-
 cerdotale strictè & omninò propriè
 accipiendum erit. Quartò ut sint
 cælibes, nam collatio facta conju-
 gato est irrita, prout colligi potest
 ex *Trid. Sess. 22. c. 4.* Poterit ta-
 men ille, qui duxit unicam, eam-
 que

4. Debet
 esse cælebs.

Quid si post
 matrimonium

que virginem, si consentiente uxore castitatem voveat, ad beneficium admitti, *c. 2. de Clericis c. Injurg.* sed in hoc casu, si uxor sit juvenis, ad religionem transibit, si provector, saltem in saeculo castitatem vovebit, ut docet *Gloss. ibid. ex eap. cum scis.* Quintò, ut habeant intentionem live voluntatem vivendi in statu Ecclesiastico, & admittendi Ordines beneficio annexos. Non enim congruit illis dari beneficiũ, quibus non est animus se ministro Ecclesie mancipandi, sufficit tamen hanc voluntatem eateius esse conditionatam, ut nolit à proposito suo resilire, nisi iusta aliqua eius mutandi causa interveniat, v. g. nisi melior aliqua conditio in saeculo sese obtulerit, &c. quia non est mens Ecclesie ita obligare quemquam ad statum Ecclesiasticum, ut eum ob justam causam deserere non possit. Proinde qui admittit beneficium eo solùm animo, ut illius fructus percipiat usque ad absoluta studia, aut pingue repertum matrimonium, peccat graviter, nec potest beneficium retinere. Quia decipit Ecclesiam in re gravi, non tamen tenebitur ad restitutionem fructuum, modò officio

initum consentiente uxore castitatem voveat.

5. Deber habere intentionem vivendi in statu Ecclesiastico, & recipiendi Ordines beneficio annexos. Hæc intentio qualiter possit esse conditionata.

Quid si beneficium admittat, eo solùm animo, ut fructus percipiat usque ad studia absoluta, &c.

cio suo satisfecerit saltem per Vi-
 carium : quia nullibi id à jure po-
 sitivo statutum est, nec obligatur
 jure naturali, quia muneri suo sa-
 tisfecit. *V. Less. lib. 2 c. 34. dub. 26.*
 Verùm hæc Lessii sententia videtur
 potissimum intelligenda de bene-
 ficio, cui est annexa obligatio intra
 certum tempus suscipiendi sacrum
 aliquem Ordinem, nam *Laym l. c.*
cap. 14. cum Nav Vasq. &c. non
 audet illum damnare peccati mor-
 talis, qui beneficium simplex, cui
 sacer Ordo nullus annexus est,
 prædictâ intentione admittit; si in-
 terim, dum beneficium obtinet, de-
 bitum officium Ecclesiæ præstet.
 Quia jura permittunt ejusmodi be-
 neficiato libertatem redeundi ad
 sæculum & nuptias celebrandi. *C.*
Ioannes, c. diversis de Clericis con-
jugat. &c. Proinde si hoc ab initio
 intendit, Ecclesiam minime dece-
 pit. Quia tamen hoc cedit in ali-
 quod Ecclesiæ detrimentum, quæ
 hac ratione idoneis ministris or-
 batur, quos longo tempore aluit, à
 veniali culpa excusari vix poterit,
 quamvis *Garc. part. 3. c. 4.* ab om-
 ni culpa excuset, præsertim cum
 sciente & consentiente Ecclesiâ fiat.
 Qui autem admittit beneficium
 paro-

Aut admittit

paro-

par
 int
 lūn
 rest
 run
 obl
 tra
 mo
 tion
 obt
 de
 me
 Sac
 cor
 au
 on
 & p
 fici
 hab
 Qu
 ful
 an
 luc
 me
 nel
 nu
 ber
 ull
 ctu
 fit
 int
 ad

parochiale sine animo Sacerdotii intra annum suscipiendi, non solum peccat graviter, sed etiam ad restitutionem fructuum perceptorum tenetur: ad quam tamen non obligatur, si voluntate mutata intra annum ad Sacerdotium promotus fuerit, vel certe dispensationem quoad tempus Sacerdotii obtinuerit, *C. commissa, §. caterum de elect. in 6.* Quia Ecclesia hujusmodi beneficium Clerico nondum Sacerdoti cum hoc tacito pacto confert, ut sit obligatus intra annum Sacerdotium suscipere sub onere restituendi perceptos fructus & poenam ipso jure amittendi beneficium, seque ad illud reddendi inhabilem, *juxta cit. C. commissa.* Quod si ab initio admittat animo suscipiendi Sacerdotium, sed intra annum hanc voluntatem mutet, lucrabitur omnes fructus, dummodo per idoneum Vicarium, muneris suo satisfecerit, quia per illam mutationem animi non amittit beneficium ante acceptatum, nec ullum jus statuit amissionem fructuum. Nam in *C. commissa* solum fit mentio de illo, qui ab initio non intendebat Sacerdotium suscipere, adeoque haec constitutio utpote odiosa,

rat Parochiam sine voluntate suscipiendi Sacerdotii intra annum. Vel animo mutato intra annum Sacerdotium accipiat:

Vel habitum ab initio voluntatem suscipiendi Sacerdotium intra annum mutet

6. Non debet esse ullâ censurâ irretitus, aut irregularis. odiosa, non est extendenda ad casum diversum, præsertim minus culpabilem, *Less l. c.* Sextò, non debent esse ullâ censurâ irretiti aut irregulares, quia collatio tali facta est irrita: *Vid. diversos Canones ab authoribus passim citatos.*

Excommunicatio minor quantum impediatur.

7. Debet esse bonæ vitæ.

Probitatis magna ratio habenda est in collatione beneficiorum.

Probabile tamen est collationem factam excommunicato excommunicatione minore non ipso facto esse irritam, sed irritandam, ut patet *ex cap. si celebrat, de Clerico excommunicato* Septimò, ut sint probæ vitæ ac morum, ita ut non sint dediti vel obnoxii gravibus peccatis, nec infames. Nam Ecclesiæ ministri debent esse ejusmodi, ut conformiter vitæ ac doctrinæ Christi viventes, alios salutaribus monitis, vitæ exemplis, sanctis precibus ad pietatem promoveant. Et certè in conferendis beneficiis probitatis vel maximè ratio habenda est, cum ex hujus neglectu ingentia Ecclesiæ damna profecta fuerint: nam sicut ille, qui improbus est, tametsi sufficientem habeat eruditionem, suo pessimo exèplo maximè nocet Ecclesiæ, ita qui probus est suo exèplo plus proderit, doctrinâ & cõcionâ di gratiâ mediocri, quàm aliis magnâ, si vitæ exèpla defuerint. Præterquàm quòd hic sollicitè curabit suppleri per

peral
non p
tio fa
ipso j
anne
taten
bente
de ex
cient
quæ
ritè c
qua j
nato
ad qu
debe
ut se
latie
est in
mun
mun
præf
bene
hæc
stitu
rece
quis
dign
ob a
grav
tiam
prob
tias

per alios, quæ per se commodè fieri non posse advertet. Interim collatio facta homini criminoso, non est ipso jure irrita, nisi crimen habeat annexam censuram vel irregularitatem. Est tamen irritanda ab habente potestatem, *C. inter dilectos, de excessu, prælatus*. Debent esse sufficienti scientiâ instructi, hoc est, eâ, quæ ad munus beneficio annexum ritè obeundum, est necessaria: de qua judicabit Episcopus & Examinatores, quia nemo sine examine ad quodcunq; beneficium admitti debet, *juxta Trid. sess. 7. c. 13.* ita ut *sess. 25. c. 9.* reddat irritam collationem, quæ facta est ab eo, qui est inferior Episcopo, nisi legitimum examen præcesserit. Eximuntur tamen ab hoc examine præsentati ab universitatibus ad beneficia non parochialia. Verùm hæc quamvis prudentissimè constituta, non videntur ubique esse recepta. Atque ex his facilè patet, quis dicendus sit dignior, & quis dignus. Is enim erit dignior, qui ob ætatis maturitatem, morum gravitatem, longiorem experientiam, majorem scientiam, & vitæ probitatem, aliasque circumstantias v. g. nobilitatem, potentiam, fidelitatem, &c.

Quid si collatio fieret homini criminoso.

8. Debet esse sufficienti & necessariâ scientiâ ad munia beneficii ritè obeunda.

Hæc in omnibus beneficiis exploranda est per legitimum examen in iis locis, in quibus constitutio Tridentini recepta est.

His præmissis explicatur, quis dicendus sit dignior.

fidelitatem, prudentiam, &c. speratur multò meliùs functurus officio suo, & Ecclesiæ magis profuturus quàm alii: unde non is semper est dignior, qui est doctior & sanctior, sed qui omnibus consideratis putatur meliùs officio suo satisfacturus, & Ecclesiæ futurus utilior. Dignus autem is erit, qui omnibus consideratis eam habet scientiam & vitæ probitatem, aliasque requisitas qualitates, ut suo munere bene functurus & Ecclesiæ suo servitio profuturus esse credatur. Potest is quoque interdum censeri dignus, nisi aliunde quid obster, de quo manifesta spes est, fore, ut intra breve tempus scientiam, morùmque probitatem suo beneficio competentem sibi comparet. Patet ex praxi diversarum Ecclesiarum, in quibus studiosis adolescentibus, imò ubi Tridentinum non est receptum, pueris post expletum septennium, nondum ad munia Ecclesiastica idoneis, Canonicatus, aliave beneficia simplicia conferuntur. De qua idoneitate tam Collatori, quàm Patrono debet positivè constare non quidem certâ scientiâ, sed probabili & prudenti, ac pro rei

ma-

Item quis
 dicendus
 dignus.

mag
 to ju
 conf
 neur
 sent
 indig
 trim
 ri po
 nitas
 datic
 mov
 rita
 tuen
 niqu
 suan
 ratio
 rant
 men
 utilis
 cturu
 dupl
 lum
 mor
 dign
 vitat
 proh
 mod
 dund
 ad g
 bene
 niat
 bene

magnitudine magis vel minus certo iudicio, ita ut merito possint confidere, esse, aut futurum idoneum, quem instituunt aut presentant, ne beneficia conferantur indignis cum maximo Ecclesie detrimento. Non igitur hic spectari possunt aut debent consanguinitas, privata amicitia, commendatio potentium, accepta à promovendo diversa servitia, sed merita & qualitates eorum, qui instituendi aut presentandi sunt. Denique indignus est, qui ad munus suum peragendum ineptus est ratione infamiae, pravae vitae, ignorantiae, morbi vel similis impedimenti, aut creditur non futurus utilis Ecclesie, nec officio satisfactorius. His prænотatis, factaque duplici suppositione: Primò nulla beneficium absque peccato mortali indigno conferri posse, si dignus haberi possit. Patet ex gravitate poenarum, sub quibus id prohibitum, & gravissimis incommodis, quae hinc in Ecclesiam redundant. Interim non est illicitum ad graviora mala arcenda v. g. ne beneficium ad Hæreticos deveniat vel alios magis indignos, &c. beneficium indigno conferre, qui

Quis denique
dicendus
indignus.

Poterime
indigno
conferri
beneficium.

CAMER

tamen in hoc casu obligabitur, ut
quamprimum se idoneum & di-
gnum reddat, subque officio satisfaciat
rum per se tum alios,
quantum commodè fieri potest.

Quia ex justitia tenetur præstare
officium suum, adeoque se illi red-
dere idoneum, quantum potest,
alioquin ad fructuum restituti-
onem obligabitur, *Vid. Less. l. c.*
dub. 12. Secundò, collationem cu-

Collatio
beneficii
facta digno,
præterito
digniore, an
subsistat in
foro exter-
no.

Assignantur
beneficia
necessariò
conferenda
digniori.
Hujus ge-
neris sunt
curata.

Item quæ
habent an-
nexam juris

juscunq; beneficii factam digno
præterito digniore in foro exter-
no (de interno alia est ratio) subsi-
stere, eamque ex hoc capite irritari
non posse. *Trid. Sess. 7. cap. 3. de*
reform. His inquam præmissis be-
neficia necessariò conferenda di-
gniori sunt, imprimis beneficia cu-
rata, ita ut in his relinquere digni-
orem sit peccatum mortale, *Trid.*
Sess. 24. c. 1. & c. 18. de reform.
quia omittens digniorem, sive eli-
gat, postulet, aut præsentet, facit
contra fidelitatem, quam debet
Ecclesiæ ex officio, idque in re gra-
vis momenti, dum ipsam privat
ingenti bono, quod tenebatur pro-
curare eligendo, &c. digniorem.
Deinde ex hac ipsa ratione sunt ea
beneficia, quæ habent annexam
jurisdictionem Ecclesiasticam vel
fun-

fund
men
Less
nala
cona
tus, I
Cano
adju
nanc
batic
nisi e
pter
ca pr
lem p
rari p
bene
conf
sente
prob
jus a
qui
gnio
exan
ipfi
hic c
conc
detur
aptic
quàn
bus
proc
gnio

functionem aliquam magni momenti in Ecclesia, qualia sunt *juxta* *Less. l. c. dub. 14.* (præter Cardinalatum, Episcopatum, Archidiaconatum, Parochiam,) Decanatus, Præpositura cum jurisdictione, Canonicatus vel Vicaria, habens adjunctum onus docendi, concionandi, confessiones excipiendi, Abbatia, Prioratus, &c. quamvis hæc nisi quæstio fiat de nomine, propter adjunctam, quam habent, circa proximum curam, & spiritua-lem potestatem, curatis annumerari possint. Tertio, quodcunque beneficium, quod per concursum confertur. Quia in concursu ex sententia communi & multum probabili habet dignior strictum jus ad beneficium: ita, ut si ille, qui manifestè & notabiliter dignior fuerit; non admittatur ad examen, vel à beneficio rejiciatur, ipsi fiat injuria. Intervenit enim hic quidam quasi contractus inter concurrentes & collatorem; ut ei detur beneficium, qui notabiliter aptior fuerit. Unde tam conferens, quàm ille, qui suasionem aut precibus sibi aut alteri minus digno procurat beneficium, omisso digniore, cui illud de jure debebatur, concursu

ditionem
Eucharisti-
cam, aut
functionem
magni mo-
menti.

Vel deniq;
quæ per
concursum
conferun-
tur.

Erítne obli-
gatio resti-
tutionis.
quando in
concursu

tene-

ant extra
illum, per-
sonæ verè
dignæ, præ-
terito di-
gniore,
confertur
beneficium.

tenetur ad restitutionem iudicio prudentis. *Dian. p. 3, tr. 5, res. 110.* contrariam sententiam, quam tenet *Garc.* cum limitatione, excipiens beneficia Parochialia, in quibus digniori conceditur jus appellandi ab iniqua provisione, asserit quidem esse probabilem: non enim videtur collator aut patronus concursum instituens velle se obligare ex iustitia ad dandum beneficium; sed potius illud censetur donare per modum gratiæ & liberalis donationis. Verùm hoc est, quod alii Auctores passim negant. Nam etsi Collator aut Patronus forsan signatè & explicitè se nolit obligare ex iustitia; exercitè nihilominus & reipsâ obligatur ex iustitia, vi quasi contractus inter concurrentes & ipsos facti, vel, ut loquitur *Pal. tr. 13. disp. 2 p. 11. §. 4. n. 6.* ex promissione æquivalenter facta per indictum concursum. Unde *Dian. supracit. p. 4, tr. 4. Res. 210.* prioris sententiæ, quam probabilem asseruerat, de nuò mentionem injiciens subjungit: *Sed tu ne discedas ab opinione affirmantium.* Non est autem obligatio restituendi, quoties extra concursum personæ verè idoneæ præte-

prat
nefic
que
clesi
lato
tutio
semp
dign
jus a
ister
hoc
que
ut de
dem
simu
pate
cum
cere
dilig
gere
thor
in ca
nans
Num
hanc
cium
qui p
quos
objec
de Sa
unde
nasci

præterito digniori, confertur beneficium. Quia neque Ecclesiæ, neque digniori fit injuria, non Ecclesiæ, hæc enim non intendit collatores & patronos sub onere restitutionis obligare ad procurandum semper majus bonum, non etiam digniori, qui non habet strictum jus ad beneficium, sed latum, consistens solum in majori aptitudine, hoc autem jus violare, per se loquendo, non est peccatum grave, ut docet *Less. l. c. cap. 14.* Et quidem in prædictis beneficiis dignissimum semper esse præficiendum; patet exemplo Christi, qui *Joan. 21.* cum Petrum Ecclesiæ vellet præficere, non tantum rogat, an ipsum diligeret; sed an plus cæteris diligeret: & aperte confirmatur auctoritate SS. Patrum. *D. Hieron. in cap. 1. Ad Tit.* justissimè damnans perversitatem sui temporis, *Nunc, inquit, cernimus, plurimos hanc rem (id est, electionem) beneficium facere; ut non quarant eos, qui possint plus Ecclesiæ prodesse; sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniri. S. Chrylost. lib. 3. de Sacerd.* Equidem non opinor, aliunde tam multas in Ecclesiâ turbas nasci, quàm ex Episcoporum & An-

D
sistitur

tistitum electionibus, casu potius ac temerè, quàm diligenter & accuratè factis Nam caput valentissimum esse oportet, &c. Quis ferat, inquit D August. Epist. 29. ad Hieron. eligi dicitur ad sedem honoris Ecclesia, contempto paupere instructiore, ac san-

Constitutio
Trident. de
beneficiis
curatis &c.
conferendis
per concurren-
tiam, quavis
ab omnibus
meritò reci-
pienda foret,
non est tamen
ubique recep-
ta.

Stiore? &c. Statuit Trid. sess 24. c. 18. admodum laudabiliter, ut beneficia curata, quæ libera sunt collationis aut patronatus Ecclesiastici, non conferantur nisi per concursum & quidem illi, qui dignior iudicatus est, accurrentibus quibuscunque, etiamsi essent Doctores Theologiae, præviè examinatis, nisi forte Parochia dignitati aut Canonici accessorie in perpetuum foret annexa, in hoc enim casu examen non fore necessarium declaravit Cong. Cardinali: alioquin tam necessarium, ut, nisi fiat juxta formam à Trid. præscriptam, ita statuente Pio V. in Bulla incipit *In conferendis beneficiis*: Collatio beneficii nulla sit & subreptitia. Verum quia hic modus conferendi beneficia non est ubique receptus, sicuti nec in hisce Germaniæ partibus, quamvis ab omnibus meritò recipiendus esset, hinc iis in locis collationes non sunt irritæ, quæ

quæ secundum formam Trid. non sunt factæ. Conferenda saltem digno sunt primò beneficia simplicia & non curata. Quia de his Trid. nihil meminit, quando curata tam sollicitè statuit, conferenda esse dignioribus. Adde, quòd summus Pontifex talia beneficia confert dignis absque concursu, neque beneficia ex natura rei sunt bona communia, concertantibus sive concurrentibus debita, sed Prælati commissa, ut conferantur dignis, qui licet non sint meliores, fructuosè nihilominus & utiliter Ecclesiæ servituri sunt. *Vid. Dian. p. 2. tr. 15. res 38. & alios contra alios*, qui volunt id saltem sine veniali fieri non posse. Quia omisso digniore Ecclesiæ saltem aliquod, licet non magnum detrimentum infertur. Adde, quòd beneficia ex mente Ecclesiæ & fundatorum secundariò sunt instituta, ut sint præmia virtutum & meritorum, contra quem finem agitur, cum aliquali digniorum injuria, si prætereantur. Secundò quæcunque beneficia etiam curata possunt conferri digno, omisso digniore in sequentibus casibus. Primò quando excessus inter con-

Assignantur beneficia conferenda saltem digno. Hujus generis sunt simplicia, & non curata.

Item beneficia etiam curata in casibus hinc expressis.

currentes non est notabilis, quia
 quod parum distat, nihil distare
 videtur. Secundò quando dignior
 est alienigena sive extraneus, di-
 gnus verò indigena, quia hic ple-
 rumque solet esse utilior & fide-
 lior Ecclesiae, quàm extraneus,
 partim ob majorem erga suam
 Ecclesiam affectum, partim ob ple-
 niorem rerum Ecclesiae, in qua e-
 ducatus est, notitiam, & firmiorem
 denique, ac stabiliorem in eadem
 residentiam. Eademque ratio mi-
 litat pro illis Clericis, qui sunt de
 gremio alicujus Ecclesiae. Unde
S. Thom. 2. 2. q. 63. a. 2. ad 4. as-
 serit, rectè id à jure statutum, ut ad
 praelaturam non eligatur, nisi qui
 est de gremio Ecclesiae, quia talis
 magis diligit Ecclesiam, in qua
 nutritus est, detumpro argumento
*ex c. 17. Deuteronom. Non poteris
 alterius gentis regem facere, qui non
 sit frater tuus.* Item, pro consan-
 guineis Episcoporum, qui ad di-
 gnitates & beneficia ejusdem Dice-
 cesis promoti, ob arctiorem cum
 Episcopo conjunctionem, facilio-
 rem in occurrentibus difficultati-
 bus ad eundem recursum, majo-
 rem quoque erga Episcopum &
 Ecclesiam sibi commissam fide-
 litatem,

tatem,

ratem, justè creduntur Ecclesiæ suæ
 futuri utiliores ; quamvis hic ab
 affectu carnali facillimè sese insi-
 nuante magnopere cavendum sit,
 ne fiat *propter Lazarum* , quod
propter Christum & ejus Ecclesiam
 fieri oportebat. Tertiò quando
 majore parte eligentium inclinante
 in minus dignum , prævides tuo te
 suffragio nil profuturum dignio-
 ri, vel si neglecto ab aliis non mo-
 dò digniore, sed etiam digno, præ-
 vides eligendum indignum. In
 utroque enim casu eligendo dignū,
 meliori, quo potes modo, consulis
 Ecclesiæ bono. Quartò si dignior
 variis implicitus negotiis, minus
 bono Ecclesiæ vacare possit , vel
 etiam minorem munium Ecclesia-
 sticorum beneficio competentium
 experientiam habeat. Quia in his
 casibus dignus Ecclesiæ utilior fu-
 turus creditur. Quintò quando
 beneficium ex prima sui fundatio-
 ne vel etiam consuetudine, statuto,
 ab Ecclesia acceptatis , conferen-
 dum est alicui ex certa familia, op-
 pido, nobilitate, &c. (quæ idcirco
 patrimonialia beneficia vocari so-
 lent) quia Ecclesia hujusmodi
 collationem tacitè approbat. *Vid.*
Laym. l. c. cap. 15. Et hac ratione

consuetudine introductum est, ut in diversis Ecclesiis Collegiatis & Cathedralibus, non nisi persone nobiles ad vacantes Canonicatus admittantur, cum tamen prima fundatio hoc non exigat: unde etiam olim à jure hoc non immerito reprobatum fuit, *c. 37. de prabend.* Quamvis dicto juri à Sede Apostolica de presenti gravibus utique ex causis derogatum videatur, cum à summo Pontifice hujusmodi beneficia, quorum collatio ad ipsum spectat, non nisi viris nobilibus conferantur. Sextò quando Patronus laicus presentat dignum, *Trid. sess. 24. c. 18.* Quia ipsi specialis hic favor aut privilegium ratione factæ fundationis conceditur. Ita *Dian. p. 2. tr. 15. res. 37.* (Qui cum *Ledes. & Bann.* hanc opinionem habet pro probabili:) aliique à *Dian.* citati authores. Cum enim *Trident. sess. 24. c. 28.* in Parochialibus juris Patronatus Ecclesiastici dicat, digniorem esse eligendum: Presentatum autem à Patrono laico examinandum, & si idoneus repertus fuerit, admittendum esse; non videtur velle arctare Patronum laicum ad presentandum digniorem. *Vnde neque*
nos,

nos, ut loquitur *Dian. l. c. illum arctare debemus* Interim contrariam sententiam tenet *Lug. de just. disp. 35. sect. 4. Sanchez. Consil. lib. 2. c. 1. dub. 5. Carden. dissertat. 13. c. 4.* & alii probati Authores, idque ex rationibus non levis momenti, asseruntque Patronum laicum obligatione juris naturalis teneri ad presentandum digniorem. Et quamvis Trid. nolit litem moveri Patrono, si presentet dignum, erit tamen ejusmodi Presentatio secundum cit. auct. in foro conscientiae illicita; tametsi in foro externo impugnari non possit. Septimò quando resignans resignat in personam dignam. Quia ex officio non incumbit Ecclesiae de digniore ministro providere, nec ipse, cum possideret beneficium, tenebatur plus facere, quam faceret idoneus, ut notat *Less. l. c. dub. 13.* Quia nemo obligatur ad officium suum modo perfectissimo obeundum. Unde non facit injuriam Ecclesiae, talem sibi substituendo, neque hic videtur locus posse esse concursus, quamvis id alii negent, cum pars parti suum jus transferat, & resignans conferat hoc resignatario, quod omninò suum, & ex nullo

jure alterius est. Unde collator poterit acquiescere resignationi factæ digno, relicto digniore, *Diam. p. 2. nr. 19. res. 41* ubi ex Aragonio allegat præxim etiam summi Pontificis. Sunt nihilominus pro opinione contraria diversi Authores, inter quos *Vasq. Sot. Card. dissert. cit. n. 45.* limitat quoque *Less. l. c.* priorem sententiam à se doctam in hæc verba: Quia multis si multò dignior se offerat, vel in promptu sit, charitas boni communis obligat, ut hic præferatur.

C A P U T VII.

Quadam sunt beneficia personalia residentiam requirentia, quadam hanc non requirentia.

EX parte ministerii Ecclesiastici personaliter, sive in persona propria à beneficiato, in Ecclesia præstandi, opportunam beneficii facies divisionem, in beneficia, quæ personalem residentiam requirunt, & in ea, quæ hanc non requirunt.

Explicatur, Hæc autem personalis residentia, quid sit residentia, & est assiduitas commorandi, sive sub-